



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Soc. Iesv Ignativs Sive De Vita Et
Gloria S. Ignatii Loiolæ Soc. Iesv Conditoris Libri Tres**

Bidermann, Jakob

Antuerpiae, 1635

Studia litteraria Barcinone. Cap. VII.

urn:nbn:de:bvb:12-bsb10788217-5

sus, indignissimè multaretur: tum infani vicem traductus, pugnis calcibusque non perfunctoriè concideretur. Quæ tanta suorum conuitia hilaris ille ferre perseuerauit. Sed Galli, quibus eâ tempestate bellum cum Hispanis acre erat, eundem postea nacti, longè liberaliùs dimiserunt: gens iterato in *IGNATIVM* beneficio memoranda. Genuam hunc in modum perductus, indidem Barcinonem, ingruentibus mari quâ hostium quâ piratarum periculis, incolumis denique traiecit.

IGNATII studium litterarium
Barcinone. CAP. VII.

48. **P**OST quàm difficili peregrinatione defunctus in Hispanias *IGNATIVS* reuertit, non fuit consilium, reliquam ætatem sine litterarum cultu degere: nempe, si quam orbi laboranti opem ferre, Deoque obsequium probare suum impensius vellet, intelligebat, esse cum studio virtutum, scientiarum quoque

quoque subsidia coniungēda. Proinde annos iam natus XXXIII. aggreditur, prima linguæ Romanæ elementa condiscere: eamque ob rem in disciplinam se Hieronymo Ardebalo tradidit, viro probō in paucis & humano, grandis prætextatus: cū interim ab Isabellâ, feminâ nobili, de quâ suprâ monuimus, ei benignè alimenta suppeditarentur. Hic verò non deseruit se infernus veterator: sed futuri iam sagax, magnis conatibus hoc sibi agere sumpsit, vt hæc IGNATII cœpta quàm primūm impediret. Eam ad rem conficiendam, in varia se ora idemtidem abdere, aliasque fraudes ex alijs ducere, numquam omittebat, in IGNATIVM ingeniosus. Sed ille tanto maximè in inceptis pergere; nec pati, vt stygijs aliquando laruis vllam studiorum omissionem gratificatus videretur.

49. Et verò remittere iam stomachi dolores sentiens, quibus haud pridem tenebatur, occupat
 mox

mo
 cor
 nup
 ind
 der
 leas
 ita
 app
 ret
 nis
 ftiu
 ipsa
 am
 res
 tige
 vlu
 pal
 hu
 biu
 tur
 ftit
 Hu
 sce
 cor
 TI
 tio.

Pro-
II.
na-
que
ro-
ro-
dis
sa-
prà
enta
de-
fed
ati-
nac
um
en-
em
du-
in
ille
re;
uis
ra-
o-
us
bat
ox

mox redire ad veterem domandi corporis rigorem; cui bello, quod nuper instauratum secus cessisset, inducias aliquamdiu morbus dederat. Cœpit igitur calceorum so-
leas quoque perforare, sensimque ita omnes deterere, vt hiemi iam appetenti nudis vestigijs occurreret: relictâ interim summi tegminis alutâ pro eo, ac luem intempestiuæ gloriolæ semper fugitabat, ne ipsa se paupertas in sui spectaculo amitteret. Per idem tempus duæ res illi maximè memorabiles contigerunt, quæ cum de patientiæ vfu, tum de charitate eius mirabili, palàm fecere. Earum est altera in hunc ferè modum gesta.

50. Erat in suburbano cœnobium à sacris Virginibus habitatum: ANGELORVM tutelâ, & instituto S. DOMINICI insigne. Huc ruere aliqui subinde adolescentes, locumque vanis studijs complere nuntiabantur. IGNA-
TIVS abolendæ consuetudinis rationes inire, idque vehementer
con-

contendere apud Virgines suscepit, ne licentiæ iuuenili porrò aditum patefacere, seseque ipsæ talium discriminum iniurijs obijcere pergerent; sed secessum, quàm noxiam familiaritatem, mallēt. Remque eò constanter adduxit, vt exclusi in posterum iuuenes, cum postliminium non haberent, auctori infensi minitarentur. Qui postea quàm metu consternari hominem non posse viderunt, aliquoties illum adorti, fustibus atrociter accipiunt, easque illi plagas imponunt, quæ medicato malagmate vix curari triginta diebus potuere. Insanierunt ij quidem talia: ceterum IGNATIVS sua nihilo magis desinebat; lætus ea fecisse, quibus pœnas improbi, præmia superi decreuissent. Sicarij certè prolapsi inter verbera conspicati, pro mortuo reliquerunt. Et moriturus in vestigio fuerat, ni vocibus intermortuis excita vicina, suppetias ijisset, ægrumque, non sine cruciatu, in Ioannis Pasqualis ædes

æde
rius
veh
dici
erat
nus
cris
por
etia
tè
om
dijs
fusi
gor
pau
tri
gnis
tus
re,
vell
cæli
uifi
ægr
pos
grè
fam
re:

ædes deportasset. Illic optata ve-
rius, quam sperata sanitas, amicos
vehementer sollicitabat, certè Me-
dici pro conclamato habuere: sub-
eratq; iam momentum, quo actu-
rus animam credebatur. Igitur Sa-
cris, quibus oportuit, procuratus, id
porro expectabat vt supremum
etiam vngeretur. Tum ingressa for-
tè materfamilias cubiculum vidit
omne mirificâ luce collustrari, ra-
dijs ab ipso lectulo in orbem dif-
fusis. Territa mulier insolenti ful-
gore, pedem principio retulit; sed
paullo post progressam IGNA-
TIVS, & miraculi consciam, ma-
gnis precibus adegit, ne, quod in-
tus sola conspexisset, foras prode-
re, aut hominum cuiquam narrare
vellet. Hinc veri non absimile est,
cælites ad ægrum aliquos tunc in-
uississe; eaque luce omnem corporis
ægritudinem depulisse. Nam breuî
post recuperatæ sunt vires, & inte-
grè sanitas est consecuta. Hanc ip-
sam insperata dein solatia excepe-
re: cum ij iuuenes, qui prius eum

D

nefa-

nefariè læserant, mox admirati virtutem, suumque facinus execrati, ad IGNATII pedes vltro abiecerunt sese, vitæque prioris consuetudinem, gratulante populo, emendarunt.

52. Alterum erat huiusmodi. Redibat fortè ab eodem illo cœnobio in urbem IGNATIVS, cum ex obuijs cognoscit, in propinquo tragicæ rei facinus patratû: hominem, nescioquẽ ærumnosum, (acta Lissanum nominant) vt sibi letum ipse concisceret, infami nodo corpus à cubiculi trabe suspendisse. Herciscunda cum fratre hereditas, ad restim illum adegerat. Inhorruit ad barbaram necem IGNATIVS, rectaque in ædes irrupit, & spectatâ pensili scenâ, laqueum manu properat incidere. Dilabitur ab infelici arbore cadauer: (quippe omnes mortuum conclamant) at ipse nihilominus in preces descendit, nec multò post truncum iacentem fidenter compellat; & ecce tibi, reuiuiscere continuo miser,

miser, sensibusque rursus valere, ac fungi; donec edito doloris indicio, & noxis exomologesi detersis, vitam iterum, sed opportunius, exhalaret. Quod IGNATI I facinus, rebus bene pensitatis, videri potuit ope maiori quam humana fuisse patratum: ideo confestim tota urbe divulgari coeptum, sui habuit magnam ad omnes admirationem. Mansit igitur Barcinone, non minus biennium, vir tanto natu, rudibus puerorum studijs, sed olim magnae rei futuris, intentus. Denique sub annum M. D. XXVI. auctoribus viris doctis, maiorum litterarum causa Complutum discessit.

IGNATII studia & erumna Compluti. CAP. VIII.

53. **C**OMPLUTI recens exstructum erat diuersorium a Ludouico Antezana, gratuita pauperum aedes. Ibi domicilio impetrato, IGNATIUS de rationibus studiorum suorum coepit cogitare: